

Speculum animae¹

Erfurt, UB, Dep. Erf., CA Quarto 312, fol. 107va-110rb (Q312)
Assisi, Bibl. del Sacro Convento, cod. 138, fol. 281va-284rb

[Quaestio prima: quomodo est anima omnia]

"Anima quodammodo est omnia."²

5

Verbum Philosophi est et abbreviatum; non autem omnibus satis manifestum. Quid me, Vir Dei,³ iam sollicitas in isto? Scis enim quod imperitus sum scientia, et iste sermo profunda forte indiget exquisitione. Quaeris ergo specificari tibi illud quod dico 'quodammodo'; quomodo enim erit anima omnia? Istum modum velles tibi specificari: aut in summa dictione una, aut secundum singula entia singulos modos explicare.

10

Videtur ergo ipse Philosophus declarare istam propositionem inductive sic: 'sensus est quodammodo sensibilia, intellectus est quodammodo intelligibilia',⁴ igitur etc.

[Obiectiones]

15

Hic statim duo obicis:

Primum quod cum anima tres partes habeat – vegetativam, sensitivam, intellectivam – in hac ostensione Philosophi ipsum vegetativum nulli entium attribuitur per quodammodo essendi idem, ergo videtur quod non debeat dicere: anima simpliciter quodammodo est omnia, sed secundum aliquas partes eius solum.

20

Item, videtur quod debeat dici quod solum intellectivum sit quodammodo omnia; nam omnia omnino sunt intelligibilia: universalialia, singularia. Omnes naturae vere et simpliciter intelligibiles sunt quantum in ipsis est, licet prima et remotissima principia a nobis non intelligantur. Defectus enim in nobis est sicut in oculis vespertilionis, quibus non videt solem.

25

7 iam *add.* me A || Scis] Scitis(?) A || quod] quia E 8 indiget] indigent A || exquisitione] inquisitione A 10 velles *vel forsān*: vellem E || aut] ut A || dictione] distinctione A 11 entia] essentia A || explicare] exprimendo A 12 ipse *vel forsān*: ipso A, ille E || istam] ipsam A 13 est² *om.* A 14 igitur *lectio dubia* A, *add.* omnia A 16 obicis] obiecisset A 17 cum *om.* E 19 essendi *add.* et A 20 sed – omnia *om. (hom.)* A 23 omnino sunt *del.* ? E 26 quibus] quod A

¹ The title is taken from the colophon of the Erfurt manuscript. Cf. Algazel (al-Ghazali), *Logica* 2: "Anima igitur speculum est; nam depinguntur in ea formae totius esse, cum mundata et tersa fuerit a sordibus moribus . . . Depingi autem formas omnium quae in anima nihil aliud est quam scientiam omnium esse in ea" (ed. C. Lohr, *Traditio* 21 (1965) 242); Ps. Dionysius, *De caelesti hierarchia* 3.2, PG 3: 166. For a reference to this work from the prologue to Rufus' *Sententia Oxoniensis* as another work ("in aliis litteris"), see below in question 4.

² Cf. Aristotle, *On the Soul*, tr. vetus, 3.8.431b20-21, ed. R. Gauthier in *Anonymi Magistri Artium (c. 1245-1250) Lectura in librum De anima: a quodam discipulo reportata (Ms. Roma Naz. V.E. 828)*, Grottaferrata (Romae) 1985, p. 484. Henceforth cited as tr. vetus, ed. R. Gauthier. Cf. Ps. Augustine, *De anima et spiritu* 6: "Anima ad similitudinem totius sapientiae facta in se omnium gerit similitudinem" (PL 40: 783). See also Albert the Great, *De homine* 2.4.2: "An intellectus speculativus in actu sit res scita" (ed. H. Anzulewicz, Editio Coloniensis 2008, Opera omnia 27.2: 434-436).

³ Judges 13:6; I Kings (I Sam.) 2:27; IV Kings (II Kings) 7:17-18, 8:4.7.11.

⁴ Cf. Aristotle, *On the Soul*, tr. vetus, 3.8.431b22-23, ed. R. Gauthier, p. 484.

[2] Item, quomodo est sensus ipsa sensibilia et intellectus ipsa intelligibilia? Aequae enim ignotae sunt haec assumptiones sicut et conclusio. Nam sensitivum res vivens est et substantia; sensibilia, res non-viventes (mortuae) et accidentia, 30 qualitates de tertia specie qualitatis.⁵ Quomodo ergo est haec illa? Iam enim patet quod non conveniunt nisi in esse et ente tantum; in nullo enim genere omnino. Igitur videtur quod nihil sit dictum ‘sensus est quodammodo sensibilia’. Nam multo magis proprie et vere dictum videretur si diceret quis ‘homo quodammodo est asinus’, nam haec conveniunt in genere et generibus.

35 Similiter, quaeris ex parte intellectus et intelligibilium. Intelligibilia enim sunt et substantiae et accidentia, et res viventes et non-viventes; ipsum autem intellectivum, solum substantia et res vivens.

[Prima responsio Philosophi ad objectionem secundam:
Sensus est in potentia tale quale sensibile in actu]⁶

40 Vir Dei, dices mihi, colligendo ex ipso eodem auctore, et respondebis |A 281vb| mihi cum quaero: sensus quomodo est ipsum sensibile? Respondebis cum Philosopho, quia hoc modo, scilicet quod ‘sensus est in potentia tale quale est ipsum sensibile in actu’,⁷ et illud pertractabis ad singulos sensus et sensibilia. Sic visus est in potentia tale quale est ipsum visibile in actu, et ita 45 de aliis.

Sed ego contra: Vir Dei, si ‘sensus est in potentia tale etc.’, ergo aliquando erit in actu tale, etc.

Ad idem: sentire quoddam pati est et quaedam alteratio. Est enim sensus de genere virtutum passivarum secundum eundem Philosophum.⁸ Agens autem et 50 patiens in principio sunt dissimilia; in fine vero, cum passum est, sunt similia. Igitur sensitivum ex quo sentiendo quodammodo patitur et passivum est. In fine cum passum est, simile erit ipsi activo, scilicet sensibili. Tunc igitur erit ‘sensus tale in actu quale est etiam ipsum sensibile in actu’.

27 quomodo] quodammodo E 28 hae om. E || assumptiones add. ? E || et om. A || conclusio] conclusiones A 29 sensibilia] sensibilis E 31 conveniunt] convenit A || esse et ente] ente et in esse A || tantum om. A 32 quodammodo ante est A 33 videretur] videtur E 34 quodammodo est] est q. est A 35 intelligibilium] intelligibilis E 36 et³ om. A 41 quomodo] quodammodo E 43 illud vel forsitan: istud A || pertractabis] pertractabis(?) A 44 visus] nullus(?) A 46 Dei add. sis (ita pro: scis?) A || ergo om. A || aliquando] aliqua E 50 sunt²] et A || similia] sensibilia A 51 est om. E 52 ipsi] ei A 53 est post sensibile A || etiam om. A

⁵ On the third species of quality, see Aristotle, *Categories* 8.9a29.

⁶ Cf. Aristotle, *On the Soul* 2.5.418a3.

⁷ Cf. Aristotle, *On the Soul* 2.5.418a3, tr. vetus: “Sensitivum potentia est ut sensibile, cum iam sit actus” (ed. R. Gauthier, p. 281).

⁸ Aristotle, *On the Soul* 2.5.416b32-35, 417a6, tr. vetus: “sensus enim in ipso moveri et pati accidit, sicut dictum est. Videtur enim quedam alteratio esse in sentiente. Dicunt autem quidam simile a simili pati. . . . Manifestum igitur quod sensitivum non est actu set potencia tantum” (ed. R. Gauthier, p. 267).

Sed nunc quaero quid hoc sit dictu, scilicet quod aliquando ipsum sensitivum in actu sit tale quale ipsum sensibile. Quid dicis ‘tale quale’? Numquid si actu video colorem, est virtus visiva oculi mei actu color? Aut non dicis talis est color? Quaero, si in qualitate assimilabitur illa virtus visiva actu colori, nihil videtur huiusmodi expositio. |E 107vb| Sicut enim superius dictum est, non videntur convenire nisi in solo ente et esse.⁹

Confiteor, Vir Dei, quia haec ultimo obiecta tentativa sunt, sed necessaria tamen ad propositum si recte dissolvantur, per gratiam ergo Dei et per orationes tuas, Vir Dei, spero ad haec quandoque redire.

[Secunda responsio Philosophi ad obiectionem secundam:
homo ut mundus minor]

Sed nec illud quod legimus videtur sufficere ad propositum problema, Vir Dei: ‘homo est quodammodo omnis creatura et mundus’, minor scilicet,¹⁰ et communicans cum omnibus creaturis, hoc modo: “esse cum lapidibus, vivere cum plantis, sentire cum brutis, intelligere cum angelis,” et tandem cum Deo.¹¹

Si secundum hunc modum velim praedictum sermonem exponere, non erit homo solum mundus et quodammodo omnes creaturae, sed una pars hominis tantum, scilicet anima. Et erit anima minor mundus. Et secundum quod supra dictum est verius est homo quodammodo asinus quam anima quodammodo lapides, quia anima cum lapidibus solum esse communicat secundum praecedentem Evangelii expositionem.¹² Homo autem et asinus communicant esse, vivere, sentire, et genus, et generis genera. Unde in multis formis et naturis univocantur.

56 Aut – colori om. (hom.) E 57 colori] coloris A 59 ente add. aetate A 60 obiecta] obiecto A 62 redire] reddire A 66 et om. A 70 omnes] omnis A 71 Et¹ post erit A 72 verius] verus A 75 vivere add. et A

⁹ Cf. supra, lin. 31, “non conveniunt nisi in esse et ente.”

¹⁰ Cf. Rupert of Deutz, *Liber de divinis officiis* 9.6: “cum omnis creatura sit homo habens esse cum lapidibus, uiuere cum arboribus, sentire cum pecoribus, discernere cum angelis’ – cum, inquam, homo iuxta aliquid omnis creatura sit, hominem autem Deus assumpserit, relinquitur et angelis gratulari . . . Amplius autem et hoc ad rem attinet, quod homo, cum secundum solum corpus quamdam uisibiliter mundi similitudinem gerat ex quattuor elementis compositus, unde a Graecis microcosmos id est minor mundus appellatur” (Corpus Christianorum, *Continuatio Medieualis* 7: 316-317; PL 170: 252). Rupert cites Gregory the Great explicitly a little below (Corpus Christianorum, *Continuatio Medieualis* 7: 326; PL 170: 260).

¹¹ Gregory the Great, *Homiliarum in Evangelia* 2.29.2: “Omnis autem creaturae aliquid habet homo. Habet namque commune esse cum lapidibus, vivere cum arboribus, sentire cum animalibus, intelligere cum angelis. Si ergo commune habet aliquid cum omni creatura homo, iuxta aliquid omnis creatura est homo. Omni ergo creaturae praedicatur Evangelium cum soli homini praedicatur, quia ille videlicet docetur propter quem in terra cuncta creata sunt, et a quo omnia per quamdam similitudinem aliena non sunt” (PL 76: 1214). For the reference to God, see Rupert as cited above.

¹² Cf. Gregory the Great, *Homiliarum* 2.29.2, as cited above.

[Tertia responsio Philosophi ad obiectionem secundam:
sensus est medietas quaedam sensibilibum]

Alio modo fortassis mihi respondes: quomodo est sensus sensibilia secundum
80 ipsum Philosophum – scilicet, quod ‘sensus est medietas quaedam sensibilium’.¹³ Unde et ab excellentia extremorum sensibilibum contrariorum cor-
rumpitur ipse sensus. Sic ergo dicis mihi quod sicut media est quodammodo ip-
sa extrema, nam et ex ipsis componitur, sic sensus quodammodo sensibilia etc.

Sed, Vir Dei, ego contra quaero: quid iam hoc sit dictu ‘sensus est medietas
85 sensibilibum’? Nam et hoc in se difficile est. Si enim est hoc sic intelligendum
quod visus sit medietas colorum, medius scilicet color compositus ex extremis
coloribus, tunc ipse visus medios colores non reciperet; haberet enim illos in se.
Et nihil habens aliquid in actu recipit illud idem secundum quod huiusmodi.
Omne enim recipiens denudatum est ab eo quod recipitur secundum quod
90 huiusmodi, ut dicunt isti Philosophi.¹⁴

Vir Dei, nota in principio quod nomen ‘sensus’ multipliciter accipitur in
illo Philosopho: [1] quandoque ipsa vis animae sensitiva,¹⁵ [2] quandoque ipse
habitus sentiendi,¹⁶ [3] quandoque ipsa operatio sentiendi,¹⁷ [4] quandoque
95 etiam ipsum organum, membrum scilicet compositum ex corpore et ipsa vi
animae vivificante et sensificante istud.¹⁸ Et hoc ultimum minus proprie, et
tamen aliquando ita invenitur in illo Philosopho. Et hoc forte ideo quia haec
operatio sentire coniuncti solum animati, scilicet organi est operatio. Neque
virtus ipsa sensitiva per se agit istam operationem quemadmodum intellectus
suam. Non est enim anima sensitiva vivens nec apprehendens, nisi cum vitam
100 et sensum corpori praestat.

82 quod] quasi E || quodammodo ante est A 83 nam om. A 84 hoc ante iam A || sensus] sentus(!) A
85 et] in A 86 sit] est A 92 quandoque¹] quando A 93 habitus add. sive potestas A || quandoque¹]
quando A || ipsa – quandoque om. A 94 etiam] et A || organum] verborum A 95 istud] illud E
|| minus] unius A || proprie] proprium A 97 coniuncti] convenit A || operatio²] comparatio A || Neque
add. enim A 98 operationem] comparationem A

¹³ Aristotle, *On the Soul* 2.11.424a4: “sensus enim est quasi medium inter contrarietatem in sensibilibus” (ed. F. Crawford, in Averroes, *Commentarium magnum in Aristotelis De anima libros* 2.118, Cambridge 1953, p. 313); hereafter Averroes, *In De anima*, ed. F. Crawford. The same passage in the translation edited by K. White reads: “tanquam sensus ut medietate quadam existente in sensibilibus contrarietatis” (in Anonymus Magister Artium, *Sententia super II et III De anima* 2.22, ed. B. C. Bazan, Louvain 1998, p. 273); tr. vetus: “tanquam sensu ut medietate quadam existente in sensibilibus contrarietatis” (ed. R. Gauthier, p. 399). Cf. Rufus, *In De anima* 2.11: “Sed contra hoc videtur quiddam quod dicit inferius, scilicet quod omnis sensus est medietas quaedam suorum sensibilibum, id est, organum cuiuslibet sensus gratia suae ultimae completionis” (Q312.25^{ra}).

¹⁴ Averroes, *In De anima* 3.4, ed. F. Crawford, p. 385.

¹⁵ Cf. Aristotle, *On the Soul* 2.2.413b1-4. Or see rather Peter Lombard, *Sent.* 2.24.4: “Est enim sensualitas quaedam vis animae inferior” (ed. I. Brady, Quaracchi 1971, I: 453).

¹⁶ Cf. Albert the Great, *De anima* 2.3.1-3, ed. C. Stroik, Editio Coloniensis 1968, Opera omnia 7.1: 96-100.

¹⁷ Cf. Bonaventure, *Sent.* 2.15.1 q.2: “Sensus est operatio animae in corpore” (Quaracchi 1885, Opera omnia 2: 377).

¹⁸ Cf. Aristotle, *On the Soul* 2.1.412a28-413a8, tr. vetus, ed. R. Gauthier, pp. 148-149.

Cum ergo, Vir Dei, audis quod ‘sensus est medietas sensibilibum’, videtur quod quarto modo accipiendus sit ‘sensus’, et quod hoc ad organum sentiens potissime sit retorquendum, et tamen diversimode hoc in diversis sensibus. Nam in sensu tactu et gustu ita est quod |A 282ra| organum ipsorum sensuum compositum est et mixtum ex contrariis tangibilibus extremis; et ita sensus, scilicet organum, est medietas sensibilibum. Unde et sensus tactus non vere et bene apprehendet tangibilia nisi extrema; temperatum, scilicet inter calidum et frigidum, humidum et siccum, non bene diiudicat, sed excellentias extremorum contrariorum, optime. Non sic autem est in aliis sensibus – visu, scilicet, et aliis – scilicet quod organum videndi compositum et mixtum sit ex contrariis coloribus, albo et nigro etc.

Et ideo notandum est quod hoc ipsum ‘medietas sensibilibum’ multipliciter dicitur. Nam uno modo dicitur medium generatum ex mixtione contrariorum sensibilibum, sicut contingit in tactu et gustu. Alio modo dicitur medietas sensibilibum natura una, scilicet sensibilis communis secundum participationem sui ad omnia sensibilia, extrema scilicet et media. Et illud etiam duobus modis potest esse.

Primo enim sicut genus dici potest media natura inter differentias eius contrarias,¹⁹ non ideo quia compositum mixtum ex differentiis contrariis. Simplicius enim est utrisque differentiis, et tamen proprie dicitur medium ipsarum. Quia cum contrarietas sit completa distantia,²⁰ et huius distantiae completae termini sint differentiae contrariae, ipsum genus est ipsum spatium medium inter hos terminos, quod genus inter |E 108ra| hos terminos in tantum extenditur quantum possibile est extendi – ut salvetur, dico, id ipsum quod est in natura nomine et definitione. Et ideo si ex alterutra extremitatum imaginaretur plus extendi, iam de genere animalis non esset illud exiens.

Alio modo, simili tamen et propinquo, proxime dicto scilicet, natura aliqua quae non est genus sensibilibum sed communicans et causa aliqua originalis radicalis materialis, quae secundum diversam receptionem sui in diversis

102 accipiendus] accipiendum A 103 potissime om. E || hoc ante diversimode A 106 sensus add. et A 107 et frigidum rep. A 108 frigidum add. et A || non] unde A 109 sensibus om. A || et om. A 110 scilicet om. A || contrariis post coloribus A 111 et om. A 112 est] hoc A || sensibilibum om. A 113 generatum add. quod A 116 extrema rep. A || etiam] et A 118 potest² ante dici A 122 sint] sunt A 125 definitione] distinctione A || alterutra] alterutraque A 126 esset] erit E || illud] istud A 128 communicans] communitatis(?) A

¹⁹ Cf. Aristotle, *Metaphysics* 7.12.1027b19-20.

²⁰ Averroes, *In Metaphysicam Aristotelis* 10.13: “illa vero quae differunt in genere non agunt in se invicem, neque sunt contraria ... differentia enim agunt in se invicem; illa vero, quae differunt secundum formam ... sunt contraria, quae contraria sunt maioris distantia in esse ... Et debes scire quod haec definitio est contrariorum propter contrarietatem quae est in loco, ... et ideo dictum est in definitione contrariorum simpliciter quod sunt illa inter quae est distantia in esse maxima” (ed. Iuntina 1562, 8: 261r-v). Cf. Aristotle, *Metaphysics* 10.4.1055a 9-10: “ultimorum vero distantia maxima est, quare et que est maxime contrariorum” (Arisoteles Latinus [Henceforth AL] 25.2: 192). Cf. etiam *Dialectica Monacensis* IV: “Contraria sunt que posita sub eodem genere maxime a se invicem distant” (ed. J. Pinborg, *Logica Modernorum* 2.2, Assen 1967, p. 549).

130 materiebus recipientibus, diversa gignit sensibilia (utpote est lux ad omnia
sensibilia),²¹ nec forte proprie genus ad illa.²²

[Quomodo est visus medietas visibilium]

Dicamus ergo in sensu visu quomodo est visus, vel organum videndi, me-
dietas visibilium, scilicet colorum. Aut forte hoc modo ut medietas dicatur
135 hoc commune – scilicet, natura communis omnibus coloribus in compositione
organi videndi, pupillae scilicet.²³ Verbi gratia: lux mixta cum perspicuo,²⁴
quae duo excellunt in compositione oculi. Et haec duo sunt causae primitivae
originales, gignentis omnes colores; secundum plus enim et minus de lucido
et diaphano, et secundum diversas proportiones in corpore terminato, vere
140 et proprie mixto, talem vel talem colorem efficiunt. Est enim color, ut alibi
dicitur,²⁵ “extremitas perspicui in corpore terminato.” Secundum hoc ergo
in corpore organi videndi nullus est color simpliciter extremus nec medius,
eo quod ipsum non est corpus proprie terminatum. Sed sunt in ipsa pupilla
ipsae causae colorum duae praedictae in sua communitate persistentes; non
145 secundum aliquam specialem proportionem in materia densa ad invicem per-
mixtae, sed sua quadam puritate leviter ad invicem unitae, et est haec earum
communitas. Et quodammodo absolutio et puritas dicitur ipsarum medietas.
Potest enim haec earum communitas, secundum diversas materias et diversas
compositiones in illis, ibi diversos et omnes gignere colores. Patet, ut puto, qua
150 de causa ipsa natura communis, et unde communis est, medietas dici possit.

Istud, Vir Dei, nullo modo invenies in ipso intellectu – scilicet, quod ipse
medietas dici possit ipsorum intelligibilium. Sed nec organum aliquod habet.
Et ideo si vis communem intelligentiam aliquam perquirere secundum quam
anima dicatur quodammodo omnia, altius et supra talia omnia forte oportebit
155 transcendere.

133 ergo] et A || in om. A || vel] scilicet A 134 forte] formae A 135 hoc] hic E 137 compositione]
oppositione A 139 proportiones] propositiones horum A 140 vel] et A 141 ergo om. A 142 extremus]
extremis A 143 eo] et E || terminatum add. mixtum A || in] etiam A 146 quadam ante sua || est
om. E 147 communitas] contrarietas A 148 diversas² add. in E 149 ibi om. A 151 ipso om. E || ipse]
ipsa A 153 ideo post vis A || secundum quam] scilicet quod A

²¹ Cf. Rufus, *In De anima* 2.14.Q1: “sensibilia omnia per naturam unius immutant instrumentum
sensus communis, quod tamen unum nihil est de illis sensibilibus, sed simpliciter aliud secundum
essentiam, ut per naturam lucis” (Q312.26^{va}).

²² Rufus, *In De anima* 2.14.Q1: “Dicendum igitur quod cum absolvitur quodcumque sensibile et fit
in esse immateriali, absolvitur natura lucis incorporatae in eodem corpore ab ipso corpore, deferens
ipsum sensibile ad organum sui sensus. . . . Lux igitur sub hac dispositione adveniens ipsi organo,
quia reperit in ipso organo aliquid (aliud E) simile et eiusdem naturae cum ipsa (ipso E), quia
ultimam completionem organi, . . . Sic igitur intelligendum quod omnia sensibilia communicant in
natura lucis, scilicet non tamquam in aliquo quod sit de eorum essentia, sed tamquam in aliquo per
quod omnia sensibilia immutant ipsos sensus” (Q312.26^{va}).

²³ Cf. Aristotle, *On the Soul* 2.1.413a3, 3.2.425b17-426a15.

²⁴ *Les auctoritates Aristotelis* 6.68: “Diaphonum est aliquod corpus perspicuum, ut aer et aqua et
corpus caeleste” (ed. J. Hamesse, Louvain 1974, p. 180).

²⁵ Aristotle, *Sense and Sensibilia* 3.439b11-14.

[Quaestio secunda:
Quomodo fit unum ex sensibili et sensu et
ex intelligibili et intellectu possibili]

Quaeris tamen antequam ascendas quomodo fit unum ex sensibili |A 282rb|
et sensu? Similiter ex intellectu possibili et intelligibili recepto, quomodo unum 160
inquam? Constat enim quod si aliquo modo unum, quod unum numero. Sed
hoc, cum multipliciter dicatur, sicut illud ‘idem numero’, quaero: quomodo fit
ex his unum numero?

[Quid sit sensibile receptum sive species in organo]

Ipsum enim sensibile receptum sive species constat quod forma aliqua est. 165
Aut ergo substantia vel accidens.

Quod si substantia, ex ipsa et ipso sensu, cum utrumque sit substantia, si
fiat vere unum, erit vere una substantia et una natura – individuum, scilicet,
compositum ex materia et forma – quod non potest dici, nec in sensu et
sensibili nec intellectu et intelligibili. In sensu quidem et sensibili non, quia 170
sensibilia accidentia sunt, et quod semel et in se est accidens, ad nihil est
substantia.²⁶ In intellectu et intelligibili non, quia indifferenter intellecta sunt
substantiae et accidentia; unde et eorum species recipit. Et iterum, cum
tam variae et multiplices substantiarum et accidentium species intelligibiles 175
recipiuntur in uno et eodem intellectu possibili, consequitur quod nulla earum
sit forma substantialis ex qua cum ipso intellectu fiat vere unum individuum,
una substantia, una persona.

Quod si accidens, nequaquam, quia non egreditur [nec] nascitur ex principiis
eius in quo recipitur.²⁷ Eius ergo accidens non erit. Alterius vero si esset,
nequaquam ab illo et extra istud exiret; esse enim accidentis est inesse.²⁸ 180
Iam ergo videtur quod nec hoc receptum in sensu, nec illud in intellectu, substantia
sit vel accidens, [nec] etiam nihil omnino.

159 fit] sit AE 161 modo *add.* sit A 162 illud *om.* E || quomodo] quoquomodo *ante* quaero A || fit]
sit AE 163 his] ipsis A 165 constat] consistat A 166 ergo] genus A 167 utrumque] utraque A 168 et
om. A 169 potest *lectio dubia* E || nec] nisi A 170 nec] et(!) E 171 semel] se vel A 172 In *om.* A
|| intellectu *add.* vero A 173 iterum *lectio dubia* A || cum tam] cunctam A 176 cum] est A || unum
add. et A 178 si] sit A 179 vero *corr.* *ex:* ergo E 180 esse] ecce A || Iam] Nam A 182 etiam] ita et A

²⁶ Rufus, *Scriptum in Metaphysicam Aristotelis* 8.1: “Sed modo videtur quod calor sit forma
substantialis ipsius ignis. . . . Ad hoc dicendum quod non sunt formae substantiales elementorum;
impossibile enim est ut aliquid sit in se accidens et in respectu alterius substantia” (Erfurt, UB,
Dep. Erf., CA Quarto 290 (hereafter Q290), fol. 23ra).

²⁷ Cf. Rufus, *In Physicam Aristot.* proem 8: “de omni substantia in quantum substantia est et de
omni accidente in quantum egrediens est a substantia” (ed. R. Wood, p. 91). Robert Kilwardby,
De ortu scientiae 2.4: “omne accidens oritur ex subiecto et principiis eius” (ed. A. Judy, Oxford
1976, p. 10).

²⁸ Aristotle, *Topics* 1.5.102b4-7; AL V.3: 195; *Paraphrasis Themistianae* (Pseudo-Augustini *Cate-
goriae Decem*) n. 29, ed. L. M. Palluelo (AL I.5: 140).

Hic tibi ipsi respondes, Vir Dei, notans in principio quid sit esse substantiae, quid esse accidentis. Esse substantiae secundum quod huiusmodi multipliciter
 185 est: Aut est enim substantiae compositae per se existentis extra, scilicet materiam extraneam et extra intellectum. Aut est |E 108rb| esse partium eiusdem substantiae, materiae scilicet et formae in ipsa substantia composita existentis. Aut est simplicissimae naturae existentis per se, nec in materia nec ex materia existentis, et hoc est solius primae causae. Esse vero accidentis
 190 uno solo modo est, scilicet inesse et inhaerere per modum impressionis et inhaerentiae materialis in illo subiecto, ex cuius principiis oritur et nascitur.

Dicis ergo quod sensibile in obiecto extra esse habet accidentis in medio vel organo.

Nec accidentis nec substantiae, quia iterum aliter distinguimus esse, scilicet
 195 naturae et speciei. Et haec est distinctio perutilis et necessaria. Esse naturae est illud duplex esse: substantiae et accidentis, quod prius notatum est. Esse speciei patebit, si pateat quid dico speciem. Speciem igitur dico similitudinem expressissimam ipsius formae quae est in obiecto, et hoc similiter dico in sensibili et in intelligibili. Specificemus tamen parumper in sensibili.

Dicis ergo quod species sive similitudo coloris recepta in medio, organo
 200 et sensu esse novum habet, non esse accidentis, quodammodo immateriale respective – scilicet, respectu esse prioris quod habuit in materia ipsius colorati extra. Et sicut esse illud primum amittit, sic et nomen illius formae et naturae amittit; sic etiam et definitionem nominis amittit et subtilius esse acquirit.
 205 Unde illud color non est dicendum, quoniam nomen coloris et definitionem, ut dictum est, amisit. Non autem in tantum se elongavit, ut in naturam alterius generis se transtulerit. Sed nec in eiusdem generis alteram speciem, nec in eiusdem speciei aliud individuum. Maior est identitas similitudinis albedinis ad A albedinem quam B albedinis ad A albedinem. Non est tamen absoluta
 210 identitas numeralis. Unde colligere potes quod speciei naturae sensibilis ad ipsam formam sensibilem in obiecto existentem minor est diversitas quam sit diversorum individuorum sub una specie specialissima, |A 282va| et maior diversitas vel minor identitas quam numeralis identitas omnino, ut verbi gratia: Socrates sibi Socrati.

183 notans *add.* scilicet A 184 Esse² *lectio dubia* E 187 materiae *om.* E 188 existentis² *post* se A
 190 inesse *om.* A || et² *om.* A 192 Dicis *post* ergo A || habet *ante* esse A || accidentis] actiones accid. A
 || vel] et A 194 distinguimus] distinguis A || scilicet *post* naturae A 196 est¹] cum A 198 obiecto]
 subiecto A || similiter] communiter A 199 in¹ *om.* E 200 sive *om.* A 202 ipsius] ipsi E 204 amittit¹]
 amittit A || sic] dicit A 205 dicendum] dicendus A || quoniam] quam A || coloris *om.* E 206 naturam]
 ea natura A 207 transtulerit] transsulit(!) A || nec²] sed E 208 eiusdem] eundem A || speciei]
 speciem A, specie E || est] enim A 210 numeralis] numerabilis A || potes] potest A || naturae] nec A
 211 existentem] existente E 213 gratia *add.* ut A

Si quaeris omnibus modis per formalem praedicationem, quid sit ista species 215
 genita extra obiectum, cum nec sit substantia nec accidens nec omnino nihil –
 ut tu dicas – et ego dico quod formali praedicatione est ipsum species naturae
 existentis extra in obiecto, et quia ipsum, ‘species sive similitudo’,²⁹ formalem
 eius praedicationem satis expresse notat. Unde ipse Philosophus istam speciem
 coloris nominat “ut color,” nihil propinquius, ut videtur, vel magis proprie 220
 potens assignare in eius nominatione.

[Ad quaestionem secundam]

Quod ergo quaeris in principio ‘quomodo fit unum ex his?’ – scias quod
 unum numero, sed nullo penitus eorum modorum qui consueti sunt.

Debes enim intelligere quod illi modi quibus dicitur unum numero commu- 225
 niter sunt secundum quod fit unum ex naturis diversis, sive substantialibus
 utrisque, sive ex una substantia et altera accidente, ut ex Socrate et albo. Hic
 autem in proposito fit unum numero ex sensu et specie sensibilis; similiter ex
 intellectu et specie intelligibilis. Non ex natura et natura, sed ex natura et
 specie. Et ideo longe diversum est ab illis aliis modis, sicut esse speciei longe 230
 diversum est ab esse naturae. Et ideo qui hanc diversitatem essendi ignorat
 in multos saepe laqueos deceptionis incidet et erroris.

Dicis igitur quod unum fit ex his numero sicut ex subiecto et habitu, non
 forma substantiali, non accidentali, sed forma-habitu. Debes enim tripliciter 235
 distinguere formam: forma quae est substantia, forma quae est accidens, et
 forma quae est species et habitus. Et illa duo prima membra, simul in unum
 complectendo, potes dividere contra esse speciei sive habitus.

Dicam igitur quod species sensibilis forma est, scilicet habitus, in medio,
 organo, vel sensu. Et lumen etiam per eundem modum in aere medio et
 organo et visu forma est, sed non forma esse naturae – substantiae, scilicet 240
 [vel] accidentis – [E 108va] habens, sed esse speciei et esse formae-habitus.
 Et vere dico habitus; nam et privationem habet oppositam, tenebram scilicet
 possibilem existere in eodem subiecto.

Unde, ut puto, patet tibi quod non est proprie proprium accidentis quod 245
 potest ‘eidem inesse et non inesse’; vel alio modo, quod “adest et abest praeter
 subiecti corruptionem,”³⁰ quia etiam hoc [est] ‘formae-habitui’ [quod] inest
 respectu sui recipientis, et eius privationi oppositae.

215 per] ut A 216 cum] sum A 217 tu] si(?) A || dicas] dicis E || ipsum] quoniam A 218 quia] quod
 hoc A 219 notat ante satis A || istam] ista E 221 nominatione] numerationem A 223 Quod¹] Quia E
 || quod²] quia E 224 penitus add. eodem modo A 225 dicitur] dividitur E || unum numero] uno modo A
 226 fit] sit post unum A 228 fit] sit A || et om. A 230 illis – ab om. (hom.) A 233 fit] sit A || ex³
 et A 234 accidentali] accidente(?) E 237 potes] potest A 238 Dicam] Dicatur E || sensibilis add.
 et A || medio add. et E 239 vel] et A || etiam] est A 243 existere] esse A 246 habitui] habitu A
 247 privationi] privatio A

²⁹ Cf. *Les auctoritates Aristotelis* 7.58: “Species vel similitudo rei considerata secundum se existens
 in anima est imaginabilis et intelligibilis” (ed. J. Hamesse, p. 200).

³⁰ Porphyry, *Isagoge* 12.24-25, AL I.6: 20.

De luce etiam ipsa corporali satis concordanter forte huic dicit Philosophus (de luce, inquam, diffusa extra suam originem, hic scilicet in aere) quod sit
 250 lux “praesentia intentionis lucidi in diaphono.”³¹ Et tu, convertens, dices sic: ‘lux est intentio lucidi, praesens in diaphono’. Et quid hoc est dictu, nisi quod ipsum lumen genitum ab origine, corpore [scilicet] luminoso, receptum in materia extranea, scilicet in aere diaphono? Hic, inquam, receptum sit species et similitudo expressa,³² non vana, non imaginaria similitudo, sed quantum
 255 possibile est accedens secundum identitatem et appropinquans ad formam lucidi fontanei, sicut supra audisti ex specie coloris ad ipsum colorem.

Quid autem sit lux corporalis³³ et quae de ipsa dubitabilia sunt et quae ipsius ad colores comparatio, quae minus hic tacta sunt alibi requiras.³⁴ Quod autem dixi de sensu et sensibili etc. consimiliter in intellectu et intelligibili intellige.
 260 Et de esse illius speciei intelligibilis receptae et quomodo unum numero ex ipsa specie intelligibili et ex ipso intellectu possibili recipiente, et de aliis distinctionibus et multiplicatibus praetactis, et potissime de illa diversitate formae et essendi quae est naturae et speciei, semper memor esto.

[Quod species est forma-habitus]

265 Iuxta praedicta forte dices quod gratia in anima iusta sit forma non substantialis, ex qua cum materia fit hoc-aliquid, sed nec forma accidentalis, sed est ibi forma-habitus, et fit unum ex ipsa et anima sicut ex subiecto et forma-habitu. Et istud bene nota. Tibi quodammodo exemplum materiale est lux corporalis in aere diaphono, ut praedictum est.

248 forte] formae ante concordanter A || huic lectio dubia A 250 in] et A || diaphono] diaphansci A || convertens] convertes A 253 materia] forma A || in om. E 254 non] et A || imaginaria add. et A 255 accedens lectio dubia (actūs) A 256 supra] prius A 258 Quod] Quae E 260 illius] ipsius A || intelligibilis om. E 262 distinctionibus] definitionibus A || et om. A || multiplicatibus] multiplicatibus A 267 ibi] sibi A, illi E 268 istud] illud (i^d) E || Tibi lectio dubia A, Cui E

³¹ Aristotle, *On the Soul* 2.7.418b16-20. But see rather Averroes, *In De anima* on this passage: “est praesentia intentionis in diaphono cuius privatio dicitur obscuritas” (ed. F. Crawford, p. 237).

³² Cf. Augustine, *De diversis quaestionibus* 83 q.74: “Ubi imago, continuo similitudo, non continuo aequalitas: ut in speculo est imago hominis, quia de illo expressa est; est etiam necessario similitudo, non tamen aequalitas” (PL 40: 86).

³³ Concerning corporeal light, cf. Aristotle, *Sense and Sensibilia* 2.3.439b11-12.

³⁴ For some of Rufus’ comments on incorporated light and its relation to color, cf. Rufus, *In De anima* 2.7.Q1: “Et hoc est quaerere utrum color indigeat praesentia luminis exterioris ad hoc ut possit movere, aut quod aer sive lucidum in potentia indigeat luminis praesentia ad hoc quod possit recipere speciem coloris. Dicendum quod haec indigentia est non ex parte aeris recipientis sed ex parte coloris; lux enim incorporata est causa coloris. . . . Et propterea apponitur haec particula ‘secundum actum’ huic particulae ‘lucidi’, non ut significet quod ex parte aeris sit illa indigentia, sed ut significet quod oportet illam lucem esse in aere contigato illi coloris” (Q312.23^{vb}).

Cf. etiam Rufus, *In De anima* 2.8.Q2: “In luce enim sunt duo, scilicet substantia lucis et suus splendor. Splendor autem lucis incorporatae color est. Et sicut est de colore, similiter et de aliis sensibilibus. Posset igitur dici quod aliquid esse lucis incorporatae credit in colorem, et aliquid esse lucis incorporatae credit in sonum, et sic de aliis sensibilibus” (Q312.23^{vb}).

[Quaestio tertia:
Quid praedicatur et quo]

270

Vir Dei, garrulus sum |A 282vb| et loquax et expedire nescio. Diu te tenui in istis, sed de cetero procedam. Et quaero a te: quid est quod praedicatur et quid est de quo praedicatur?

[Quomodo forma-natura praedicatur de materia]

275

Dicunt ergo isti Philosophi quandoque, sicut tu scis, quod esse praedicatur et de ente.³⁵ Dicunt etiam alias quod forma praedicatur et de materia.³⁶ Sed tu miraris de hoc ultimo, et dicis: “quomodo erit hoc quod forma praedicetur de materia? Nunquid materia erit forma, et sic omnia eadem?” Dicunt tamen isti sic, ut dixi, quod esse praedicatur de ente. Ens vero praedicari de ente impossibile est nisi mediante praepositione, ut scilicet in obliquo. Quid tibi videtur in his? Aut quod praedicatum omne naturaliter concretum est et semper concrete nominat, informat et qualificat subiectum; nec est aliquid medium omnino inter praedicatum et subiectum.

280

Ex his accipe quod quia qualitas communis nominis appellativi qualitas est, et esse et modum adiacentis et inhaerentis habet, licet accidens non sit, proprie praedicari potest de definito aggregato et de individuo, et utriusque materiam qualificat, nominat, informat et illuminat. Proprium vero nomen, ut ‘Socrates’, quia substantiam designat solum per modum subsistentis et fundamenti, et ita ens secundum quod ens et non esse designat, de nullo per se praedicatur nisi de se ipso, et hoc solum per accidens. Bene vides quod ‘esse’ et ‘est’ concretiva sunt; ‘ens’, vero abstractum, et tamen si in praedico ponatur ‘ens’ et ‘homo’, |E 108vb| modum concretum accipiunt. Ut si dicam ‘homo est homo’, ‘ens est ens’, ‘homo’ et ‘ens’ in subiecto proprie stant pro aggregato; in praedico, pro forma et qualitate communi a qua imponitur nomen appellativum³⁷ – ‘qualitate’, dico, per modum qualitatis et

285

290

295

272 loquax] loquor(?) A || Diu add. est quod A || tenui ante te A, s. lin. E 273 a] de A 276 tu] su(?) A || scis] set(?) A || esse] ipse A 277 et² om. E || Sed - materia om. (hom.) A 278 de] et E 279 tamen add. quod A 280 isti] ipsi A 281 est] esse E, add. esse A || praepositione ante mediante A 282 praedicatum] ipsum A 283 est post aliquid A 284 praedicatum et subiectum] s. et p. A 286 et² om. A || et³ om. A 287 de² om. A 288 materiam] naturam A 292 si in] sine A 293 modum] medium A 294 dicam] dicatur E 295 a om. A 296 imponitur add. illo E || qualitate] qualitatem E

³⁵ Cf. Bonaventure, *Sent.* IV d.12 p.1 a.1 q.1: “esse dicit actum entis” (Quaracchi 1889, *Opera omnia* 4: 271). Cf. Boethius, *De Hebdomadibus* 6, ed. H. Stewart, E. Rand, & S. Tester, Cambridge, MA, 1918, p. 42.

³⁶ Aristotle, *Metaphysics* 8.2.1043a6; but see rather Averroes on this passage, *In Metaph.* 8.6, ed. Iuntina 1562, 8: 214rb. Cf. Averroes, *In Physicam Aristot.* 4.14: “forma est ultimum rei quam continet et terminat materiam eius;” 4.16: “scire formam absque materia et materiam absque forma impossibile est” (ed. Iuntina 1562, 4: 126v; 127v).

³⁷ Cf. Albert of Saxony, *Logica*: “In materia appellationum communiter dicitur quod praedicatum appellat suam formam et non subiectum, addentes quod praedicatum appellare formam est ipsum esse verificabile de pronomine demonstrante illud pro quo supponit subiectum in propositione de praesenti” (as cited by A. Maierü, *Terminologia logica della tarda scolastica*, Rome 1972, p. 115).

dispositionis inhaerentis, se habente respectu illius aggregati et materiae ipsius aggregati. Debes enim intelligere quod ipsa eadem natura formae quae cum materia componit aggregatum, scilicet definitum, praedicatur etiam de ipso aggregato definito et individuo.

Sed dicis: Numquid ergo pars praedicatur de composito, aut pars de parte, forma scilicet de materia? Intellige quod forma illa etiam est substantia et eadem. Principium cognoscendi et essendi dupliciter consideratur et dupliciter esse habet.

Primo modo [forma] in se simpliciter et in abstractione, ut ens et hoc-aliquid et natura et substantia, ex qua cum alia, scilicet materia, fit compositum. Secundum istum modum nullo modo praedicatur de composito vel materia, sicut verbi gratia non possum dicere quod homo vel caro sit anima.

Secundo modo recipit ipsa natura formae esse et modum concretum, modum qualitatis et adiacentis et inhaerentis et nominantis, nomine scilicet suo materiam notantis; et isto modo praedicatur de sua materia.

Sic forte movet te quod dico: si forma fuerit intellectus separabilis ab omni materia et dimensione, quomodo poterit ipsa istum modum secundum essendi recipere? Quia iste videtur modus passionum et impressionum, quae scilicet formae situales sunt et divisibiles per accidens per divisionem subiecti.

Intellige ergo quod omnes formae (sive substantiales sive accidentales, et substantiales sive necessario indigentes subsistere in materia, sive aptae natae et ad hoc creatae ut in materia sint et materiam perficiendo vere sint) suam materiam (modo praedicto concrete, scilicet) informant [et] nominant, aut secundum ipsam sui essentiam aut secundum sui operationem – ita, videlicet, quod forte in ipsis formis materialibus ipsa substantia formae, partitionem et extensionem per accidens sustinens, modum concretionis et qualitatis et nominantis recipiat, ut est in formis substantialibus corporalibus non-viventibus et viventibus, anima scilicet vegetativa et sensitiva. In formis vero separabilibus a magnitudine, ut est anima rationalis, intellige quod saltem secundum operationes suas proprias materias nominant.

Ex praedictis accipe quod ‘Socrates est homo’, ‘homo est homo’, idem est dictu acsi dicerem ‘Socrates vel materia Socratis humanatur’, ‘homo vel materia hominis humanatur’. Et proprie videtur dictum ‘humanatur’, ut per hoc verbum ‘humanatur’, quod concretum est, intelligatur ipsa forma per modum concretionis et qualificantis. Consimili modo in omnibus praedicationibus accipe: ‘margarita est lapis’, hoc est margarita sive materia margaritae lapideatur. Sed non est hoc verbum in usu. Unde iste defectus impositio-

297 habente *om.* A || aggregati¹] congregati A 299 aggregatum] agant A 300 aggregato *add.* et A
302 etiam] quae A 306 natura] materia A || qua cum] quacumque A 307 vel¹ *s. lin.* E 308 sicut *om.* A
309 et] in A || concretum] concretivum A || modum] in eodem A 310 et² *om.* A 312 Sic] Et A
314 quae] quasi A 315 divisibiles] in divisibiles A 317 subsistere] sic subsistente A 318 et¹ *om.* A
|| sint¹] sic A || et² *om.* A || perficiendo] proficiendo A || vere] beate A 319 nominant] nominat A
322 accidens *lectio dubia* A 323 corporalibus] materialibus A 326 nominant] nominantur A 330 hoc *om.* E
|| concretum *vel forsan:* concretivum A 332 hoc est] ergo A 333 hoc *om.* E || iste *vel forsan:* ille (i^e) A
|| defectus] intellectus A

nis verborum concretive ipsas formas, quae sunt substantiae, designantium, multum nos impedit.

335

Ex paucis tamen impositis accipiamus nos communem regulam in omnibus. Verbi gratia: ‘lux’ et ‘lucet’ |A 283ra| idem significant; ‘intellectus’ et ‘intelligit’ idem significant; ‘lignum est coloratum’, ‘lignum et materia ligni coloratur’; ‘homo est animal’, homo non est anima sed ‘ipse homo et eius materia animatur’. Lux est in aere et ipsum illuminat et qualificat, et de ipso praedicatur. Non est tamen aer lux sed lucidus. Ecce modus concretionis. Similiter quod quaesisti in principio, ‘forma praedicatur de materia?’ verum est, et proprie et exquisite inventum. Nec tamen est materia forma, sed formatur et est formata.

340

Iuxta ista etiam vides quod cum disputas utrum sint eadem dona, naturalia an gratuita, an diversa, intelligere potes quod gratuita de naturalibus praedicantur, sed concrecione tantum. Hoc est dicere quod ipsa gratia, quae bona naturalia in creatura rationali gratuita facit, ipsa informat et de eisdem concretive praedicatur.

345

Nonne |E 109ra| igitur tibi videtur de veritate quae una tantum est, et Deus est, qua omnia vera dicuntur vera,³⁸ scilicet quod ipsa veritas quae Deus est, ut probat Beatus Augustinus, de omnibus veris praedicatur?³⁹ Et similiter de iustitia idem Augustinus probat quod eadem sit et unica, et quae Deus est, qua omnia iusta dicuntur iusta;⁴⁰ et hoc de omnibus creaturis iustis praedicatur, scilicet concretive. Quanta benignitas, quanta largitas quam ut Creator praedicari se permittat aliquo modo, scilicet concretivo, et per aliqua nomina ipsum signantia, qualitatem scilicet designantia! Sed tale nomen de ipso Creatore praedicatur, scilicet concretive et abstractive, nam essentialiter. De creaturis vero solum concretive – hoc est, per participationem, et non essentialiter. Non est enim creaturae hoc esse quod esse iustum [est], hoc esse quod est esse verum. Et ideo nulla creatura essentialiter et abstractive, sed per participationem et concretive dicitur iustum et verum.

350

355

360

336 Ex *lac.* A 339 anima| animal A || materia *om.* A 341 tamen *om.* E || modus] modo A 344 formata] formatio A 345 etiam *add.* quae A 346 potes] potet A 347 concrecione] concretive A 348 informat] informant A 350 igitur] similiter A || quae] quod A || et *om.* A 351 est *om.* A || qua] quare A || vera *om.* A || quod *om.* A 352 Et *om.* A 353 idem] item E || et² *om.* A 354 est *om.* A || dicuntur] deum(?) A 355 benignitas] bene virginitas A 356 praedicari *post se* A || concretivo] concretive A || aliqua *om.* A 358 scilicet *om.* A || nam] non A 360 enim *s. lin.* E || quod] quia A || esse²] omnino A 361 est esse] est A esse E

³⁸ Cf. Rufus, *Memoriale in Metaphysicam Aristotelis* 1.2, Q290.46rb; *Scriptum in Metaph.* 1.1.Q1, Q290.2va-vb; *Sententia Ozoniensis* pr., Balliol College 62, fol. 10ra.

³⁹ Augustine, *De doctrina Christiana* prol.: “Nam omne verum ab illo est, qui ait: ‘Ego sum veritas’” (PL 34: 18). Cf. etiam Anselm, *Cur Deus homo* II c.17 (ed. Schmitt II: 123; PL 158: 422); *Monologion* c.16-17; *Proslogion* c.14-18 (ed. Schmitt I: 30-31.112-114; PL 158: 164- 166.255-257).

⁴⁰ Cf. Augustine, *De civitate Dei* 11.10, PL 41: 325-326; Corpus Christianorum Series Latina 48: 330-331.

Vir Dei, puto quod satis audisti ex superioribus, et generaliter et particulariter, quod forma praedicatur de materia et quomodo, ‘forma’ – dico – quae
 365 natura est et obiectum in materia extra animam et intellectum existens.

[Quomodo species praedicatur de materia]

Nunc redeo ad formam quae est species obiecti existentis. Et dico communiter, sive sit sensibilis sive intelligibilis, quod ipsa etiam de sua materia nova in qua novum esse acquisivit per abstractionem, scilicet ab obiecto forinseco,
 370 grosso corporali. Praedicatur consimiliter, comproportionaliter concretive de sua, scilicet materia subtiliori, sicut et illa forma obiecta, extrinsecus existens in materia grossiori. Sed est hic impedimentum magnum in lingua latina, scilicet quod non sunt vocabula imposita ad significandum speciem per esse et secundum esse speciei, e diverso scilicet contra esse obiecti. Et hoc dico, neque
 375 secundum abstractionem neque secundum concretionem habentur simplicia vocabula quibus designentur species formarum sensibilium et intelligibilium rerum obiectarum, sed per circumlocutionem quoquomodo adnotamus eas. Et scias quod istud magnum impedimentum est nobis in multis veritatibus dignoscendis. Dicam tamen quod sicut color de subiecto corpore colorato
 380 praedicatur (et est haec vis praedicationis quod corpus coloratur, et est coloratum et non color), sic species coloris in medio vel visu recepta, de hac utraque materia praedicatur concretive, non abstractive.

Dicamus enim, sic circumloquentes, ‘diaphonum aeris ut coloratur’; intelligas quasi unum verbum, ‘ut coloratur’. Sic oportet me mendicare, et ideo dico
 385 quod sit ipsum diaphonum ‘ut color’. Hic enim est quod notat ipsam naturam abstractam speciei coloris, quae non sic praedicatur de materia, sed nec de aliquo colore sed solum de aliquo ut colore – hoc est, de aliqua [re] signata specie coloris. Praedicatur ergo species coloris de visu, sed concretive. Et fit unum ex his sicut ex luce et aere, unum scilicet numero. Non sicut ex materia
 390 et forma substantiali, nec forma quae sit accidens, sed forma-habitu.

363 generaliter] generatur A || et particulariter *lectio dubia* (exat') A 368 etiam] est A 370 comproportionaliter] proportionaliter A 372 latina *om.* A 373 vocabula] notabilia A || esse] se A 375 habentur] habent AE 377 rerum] naturarum (n^{tr}) A || adnotamus] an vocamus A 378 istud] illud E || magnum *om.* E || in *om.* (*cum lac.*) E 379 dignoscendis] cognoscendis E || Dicam] Dico E 380 est¹] tamen A || corpus] color A || et²] vel E 381 et] ut A || sic] sicut A || coloris] soloris E, *add.* et A || vel] et A 382 concretive *add.* et A 383 aeris *om.* E 384 quasi] quod A || coloratur] colorari A || ideo] non A 385 enim *post* est E || notat] notet A || naturam] materiam A 386 abstractam *om.* E || nec *om.* A 387 sed – colore *om.* (*hom.*) A 389 sicut *add. sed del.* unum E

[Ad quaestionem tertiam:

Quod species concretive praedicantur de sensibilibus]

Ex his accipe quo modo sensus est quodammodo sensibilia, hoc modo scilicet quod sensibilia quodammodo praedicantur de ipsis sensibus. Et hoc, quomodo? Hoc scilicet modo quod species sensibilibus, quae sunt ultimo et magis et verius sensibiles, de ipsis sensibus concretive praedicantur et vere. 395

Consimiliter accipe in intellectu possibili et speciebus intelligibilibus, |A 283rb| scilicet quod ipsa species intelligibilis abstracta ab ipso obiecto forinseco dupliciter potest considerari: abstracte et concretive, comproportionaliter naturae existenti extra a qua extrahebatur. Ipsa enim natura existens extra duplicem modum habet, et secundum unum modum praedicatur de sua materia forinseca; et secundum alium modum, non. Verbi gratia: anima animalis animatur sive animatum [est]. Non enim dico quod ‘homo est anima’, nam hoc abstracte; dico autem quod ‘sit animal’ et quod ‘animatur’, et quod ‘est animatum’, nam in his tribus omnibus natura est quod praedicatur, sed |E 109rb| concretive. Similiter dico non quod homo sit humanitas, sed quod humanatur et quod est humanatus. 400

Comproportionaliter ergo accipe quod species animae, sive animalitatis sive humanitatis sive lapideitatis et sic de aliis – species, inquam, intelligibilis, abstracta scilicet ab omni situ et corporeitate – de ipso intellectu possibili praedicatur concretive et vere; ut possis scilicet dicere quod intellectus possibilis, cum intelligit lapidem, vere ut lapideitatur; cum hominem, vere ut humanatur. Hoc est dicere quod vere perficitur et formatur, non forma hominis, sed ut forma hominis. Et hic iterum vides quantum nobis occurrit damnum et impedimentum pro praedicto defectu impositionis vocabulorum. 410 415

[Excursus Assisiensis]⁴¹

Quomodo⁴² ergo sic intelliguntur omnia intelligibilia de ipso Creatore prius audisti, quomodo scilicet Ipse qui est per definitionem largitas, largissime

393 accipe *vel fors*an: accipit A || sensus – modo *om.* (*hom.*) A 394 scilicet quod *mg.* A || quodammodo *om.* A 395 Hoc² *post* scilicet A || sunt] sut E || ultimo] multo A 396 et² *om.* A 397 in *om.* A || specibus *om.* E 398 ab] ad A 399 comproportionaliter] et proportionaliter A 400 existenti] existendi A || a qua] aquam A 401 modum *om.* A 402 modum *om.* A 403 animalis *add.* sive A || homo *post* est A 404 hoc] quod A, *add.* quidem(?) E || et¹ *om.* A || et² *om.* A 405 est¹] sit A || natura] anima A || est² *add.* secundum A 407 humanatur] humanetur A || quod *om.* A || est] sit AE || humanatus] unanimi(!) A 408 animae] apprehensivae A || sive] sive¹ *om.* A || animalitatis] animalium E 409 de *om.* E 410 corporeitate] corporeitatis A 411 praedicatur] sed dicatur A 412 cum i. lapidem *om.* E || cum²] ei in A || hominem] homini(?) A 413 quod *om.* E 414 sed – hominis *om.* (*hom.*) A || iterum *post* vides A || quantum] quantam(?) A || occurrit] incurrit A 415 pro] de A || impositionis] ipsorum E 417 intelliguntur *lectio dubia* (intelligib') A

⁴¹ Prior to the following excursus is a defective passage that reads as follows: “Sic igitur natura intelligibilis extra, nec substantiae scilicet nec accidentis, cuius species non fiunt scilicet abstractae (abstracta A) [Forsitan hic addere potest: ‘ideo non possunt ab intellectu possibili’ recipi et intelligi, et divise (*vel fors*an diverse A) et insimul per collationem et discretionem rationis (*lectio dubia* (tonis) A) conferentem et decernentem et diudicantem inter ipsas, sicut vides (*add.* quod A) diversarum stellarum lumina simul in eadem parte medii, et eodem organo et tandem sensu (*lectio dubia* A) eodem.”

⁴² This excursus is not found in Q312; it is the paragraph that begins and ends as follows: “Quomodo – saepe in praecedentibus habitum est.”

tribuit sui ipsius de creatura rationali per aliqua nomina praedicationem. De
 420 creaturis vero intelligibilibus sic accipe, scilicet quod omnium forinsecorum
 intelligibilium obiectorum (quae scilicet se ipsis et immediate tangere non
 possunt ipsum intellectum possibilem et in ipso recipi) talium, inquam, demum
 species abstractae ab omni situ et corporeitate, quae sunt ultro et verius
 et principalius intelligibiles de ipso intellectu possibili in quo recipiuntur et
 425 quem informant, vere praedicantur – proprie, etsi concretive. Adeo enim
 apta et cognata eis speciebus, scilicet intelligibilibus sic abstractis, est materia
 istius intellectus possibilis qui est non situalis, aptus natus tamen tangibiles
 species et formas suscipere; adeo, inquam, cognatae et comproportionales istis
 speciebus, sic et qualis est ipsa materia forinseca ipsis formis-naturis et esse
 430 naturae habentibus in ipsa. Et tu scis quod ego divido esse speciei contra esse
 naturae. Et vides etiam quomodo fit unum ex intellectu possibili et specie
 intelligibili recepta, sicut saepe in praecedentibus habitum est.

[Resumptio responsionis]

Credo videre potes ex dictis quod in principio quaesisti, ‘quomodo scilicet sit
 435 sensus in potentia tale quale est sensibile in actu’. Hoc est enim quod sensus
 et organum sensitivum antequam actu sentiat, possibile est et potens qual-
 ificari, nominari et formari per praedicationem concretivam ab ipso sensibili
 in actu – id est, ab ipsa specie sensibili. Species enim sensibilis actu facta et
 abstracta dicitur actu sensibile; forma vero forinseca, potentia sensibile; cum
 440 autem actu recipit sensus vel organum ipsam speciem [est simile actu], sicut
 corpus quod potest recipere lumen corporale antequam receperit est potentia
 simile corpori luminoso proicienti et lumini proiecto; postquam autem lumen
 receperit lucens est et actu simile factum lumini et luminoso.

420 creaturis] creatura A 422 demum *vel forsā*: deinde A 427 istius] iste A || tangibiles! A 428 cognatae]
 cognitiones A || cognatae et comproportionales *ita forsā pro*: cognata et comproportionalis A 430 divido
lectio dubia A || contra] circa A 431 possibili] impossibili A 432 recepta] recepte (recep̄te) A 434 potes]
 potest A || quaesisti] quaesistis A 435 sensus¹] species E, *add.* et A || est¹ *add.* ipsum A || sensus]
 species E 436 sensitivum] sensuum E || antequam] aliquem(!) A || sentiat] sentiet A || possibile]
 passibile A 437 et *om.* A 438 sensibili] sensibilis E 439 sensibile¹] sensibilem A || potentia] posita A
 || sensibile²] sensibilem A, *forsā pro*: sensibilis 440 autem *om.* A 441 corpus quod *om.* A 442 simile]
 similis A || corpori] corporali A

Omnino similiter intellige ex parte intellectus et intelligibilem, scilicet quod intellectus possibilis antequam actu recipiat species intelligibiles, potentia est tale quale est intelligibile in actu. Hoc est, quod intellectus sit [A 283va] possibilis et potens nominari, informari et qualificari, illuminari lumine infuso, specie scilicet intelligibili abstracta, quae quidem species dicitur actu intelligibile. Ipsa autem natura forinseca, a qua ista species abstrahitur, dicitur potentia intelligibile. Et dictus intellectus possibilis recipere potentia est similis, actu autem habens ipsum receptum actu efficitur similis et speciei infusae et proicienti extrinseco.

Nota tamen quod hic mihi videtur quod ipsa natura forinseca obiecta non sit infundens, potens scilicet sufficienter per se genere suam speciem abstractam ex se et extra se; sed quod sit ipsa natura obiecta (genus, subiectum, mater et materia) ex qua aliquis intellectus in actu – quem isti philosophi vocant intellectum agentem, sive ipse sit aliqua virtus animae intellectivae, sive intelligentia aliqua extrinseca, creata scilicet, aut causa prima secundum diversorum opiniones⁴³ – ex qua, inquam, abstrahat et a qua distinguat esse intelligibilis in actu ab esse intelligibilis in potentia, talis scilicet intellectus vel talis, ut praedivisum est. Qualiter anima rationalis se ipsam intelligat aut angelum, et qualiter angeli angelum aut animam, ex aliis quaestionibus alias pertractatis require.

[Quaestio quarta:
Quid est intelligibile?]

Sed quid dicis, Vir Dei? Iam speciem [rei] sensibilis dicis abstractam et speciem intelligibilis similiter, et utramque speciem distinguis et diversificas secundum esse, nomen, et definitionem a natura forinseca obiecta. Sed quomodo hanc speciem ab illa distinguis, et per quid, et [E 109va] quare non est sensibile intelligibile? Immo est quidem, ut videtur, nam omnis creatura vere intelligibilis, et ab intellectu primo et ab intellectu creato, nisi sit defectus a parte nostri intellectus, propter quem scilicet non possit ipsa principia prima

446 est² *add.* ipsum A || quod *add.* ipse A 447 informari et *om.* A 449 Ipsa – intelligibile *om.* A || autem] aut E 451 autem *om.* A || habens *s. lin.* E 453 Nota] Non A || videtur *ante* mihi A 454 sufficienter] sufficiens A 455 sed] et A 457 sit *ante* ipse A || aliqua *rep.* A || virtus] ulterius A 459 abstrahat] abstrahatur E || et *om.* E || distinguat] designat A, distinguit E 460 intelligibilis] intelligibili A || scilicet – talis *om.* (*hom.*) A 461 ut] in A || Qualiter – require *om.* E || aut] dat A 467 diversificas] diversicas AE 470 est¹ *om.* A || omnis *rep.* E 472 a] ex A || propter] per A

⁴³ Though there is little evidence about the holders of these opinions, Bacon suggests that William of Auvergne, Robert Grosseteste and Adam Marsh identified the agent intellect as God. See Roger Bacon, *Opus Tertium*: “Et omnes sapientes antiqui, et qui adhuc remanserunt usque ad tempore nostra, dixerunt quod [intellectus agens] fuit Deus. Unde ego bis audivi venerabilem antistitem Parisiensis ecclesiae, dominum Guillelmum Alvernensem, congregata universitate coram eo, reprobare eos, et disputare cum eis; et probavit per aliquas rationes quas pono, quod omnes erraverunt. Dominus vero Robertus episcopus Lincolniensis et frater Adam de Marisco, majores clerici de mundo, et perfecti in sapientia divina et humana, hoc idem firmaverunt” (ed. J.S. Brewer, Oxford 1897, *Rerum Britannicarum Medii Aevi Scriptores* 15: 74-75). See also R. Gauthier, in *Anonymi Magistri Artium Lectura*, Quaracchi 1985, p. 469; “Le traité De anima et de potentiis eius ... 1225,” *Revue des Sciences Philosophiques et Théologiques* 66 (1982) 13-19.

intelligere; quae principia quantum in se ipsis est, maxime intelligibilia sunt. Sed propter intellectus nostri defectum et corruptibilitatem et aggravationem,
 475 qua a corpore corruptibili aggravatur, ipsae species minus intelliguntur sicut ab oculo vespertilionis sol. Nonne igitur color vere intelligibilis est? Immo, quia vere definibilis est,⁴⁴ ergo vere scibilis, ergo etc. Et sic de aliis sensibilibus omnibus.

An ergo erit vere et simpliciter omne sensibile intelligibile? Immo erit
 480 universaliter omnis creatura intelligibilis. Sive sit universalis sive particularis vere intelligibilis est et scibilis, nam et eius principia omnia, sive communia sive propria, vere et simpliciter sunt scibilia et intelligibilia.

Sed contra: sensus non est intellectus, ergo sensibile non est intelligibile. Quid ergo tibi vis, Vir Dei? Quando cessabis? An non vides quod intelligibile
 485 dupliciter dicitur? Primum, scilicet remotum forinsecum; ultimum, proximum et immediate tangens ipsum intellectum recipientem – species, scilicet, ipsa abstracta ab omni situ et corporeitate et actu intelligibilis facta.

Similiter distinguo a parte sensibilis quod est sensibile dupliciter: sensibile primum forinsecum remotum, et est sensibile ultimum proximum, scilicet
 490 species. Responde ergo et dic quod omne sensibile, sive primum sive ultimum, est intelligibile primum, remotum et forinsecum. Nullum autem sensibile omnino est intelligibile ultimum, ingrediens scilicet et immediate tangens, secundum quod huiusmodi, ipsum intellectum.

Vis scire causam huius, Vir Dei? Quia omne sensibile, sive primum sive
 495 ultimum, situale est; et ipse sensus situalis [est]. Nam et corporis organici actus et perfectio et forma naturalis.⁴⁵ Intelligibile autem ultimum, forma et species est abstracta ab omni situ et corporeitate. Unde est abstracta super omnem abstractionem sensibilis.

Dic ergo quod sensibile et intelligibile ultimum distinguunt sensum et
 500 intellectum. Et arguunt: sensus non est intellectus, ergo sensibile non est intelligibile. Sed non sensibile et intelligibile primum; nam et hoc, scilicet intelligibile primum, corporale et situale esse contingit.⁴⁶

474 et¹] est A 475 species] spiritus A 476 est om. E || Immo – scibilis ergo om. A 477 etc. *lectio dubia* A || sensibilibus] sensibus A 479 Immo] iam A 480 intelligibilis om. A 481 est om. A || nam] No(!) E || et² – intelligibilia om. cum rasura E 483 contra] circa A || sensus] species E 484 Vir ante vis A 486 ipsa] ista A 487 corporeitate] corpore A 488 a] ex A || quod] quia E || dupliciter om. E || sensibile om. A 489 forinsecum remotum] r. f. A 490 quod] quia E 491 et] scilicet A || forinsecum] forinseca A 492 omnino om. E 493 huiusmodi add. hoc E 494 Quia] Dic quod A || sensibile add. omnino scilicet A 495 corporis] corpus E || organici] organi A 496 naturalis] materialis E || Intelligibile] Intellige A 499 Dic] Dicit A 500 Et] quod post arguunt A || ergo – intelligibile om. A 501 nam – primum om. (hom.) A

⁴⁴ Aristotle, *Sense and Sensibilia* 3.439b11-14: “color est extremitas perspicui in corpore terminato.”

⁴⁵ Aristotle, *On the Soul* 2.1.412b5: “anima . . . est prima perfectio corporis naturalis organici” (in Averroes, *In De anima*, ed. F. Crawford, p. 138).

⁴⁶ Cf. Aristotle, *Sense and Sensibilia* 6.445b16-17.

Dicit Philosophus: omne sensibile est in loco.⁴⁷ Quid hoc est nisi quod modo
 audisti, scilicet quod omne sensibile est situale? Hoc est ei, scilicet sensibili,
 esse in loco. Hanc divisionem, scilicet primum et ultimum in intelligibili et
 sensibili, accipio ex hoc quod commune⁴⁸ habetur a Philosopho in agenti et
 moventi, scilicet quod agens et movens dicuntur dupliciter, scilicet primum et
 ultimum. Unde universaliter scis quod ultimum movens et primum motum
 simul sunt, et nihil est eorum medium.⁴⁹ Primum autem movens et motum,
 sive primum sive ultimum, contingunt habere medium.⁵⁰

[Quaestio quinta: De causa immortalitatis animae]

Sed nec adhuc permittas me pausare, immo vis a me magnum extorquere,
 ad quod tamen scis quod non sufficio, et est causa immortalitatis animae
 rationalis, propter quam scilicet causam non |E 109vb| est ipsa corruptibilis. |A
 283vb| Hoc enim hic dicis eius mortalitatem. Scis enim bene quod in nihilum
 redigibilis est omnis creatura,⁵¹ quantum est ex se nisi per ipsum Primum
 et Verbum virtutis suae sustinetur et gubernetur et Spiritu foveatur, a cuius
 bonitate et largitate accepit esse omnino. Hoc ergo non dicimus corruptionem,
 proprie loquendo, nec mortalitatem. Scis etiam quod est mortalitas gratiae et
 est mortalitas naturae. Privatio, scilicet gratiae et morum et bonae vitae et –
 ut in summa dicam – privatio gratuitorum mortalitas gratiae est. Mortalitas
 vero naturae subdividitur: Aut enim hominis coniuncti, et est separatio
 animae a corpore; aut animae per se exstinctio, scilicet vitae in ipsa – vitae,
 dico, naturalis – scilicet, ut desineret esse spiritus, non tamen desineret esse
 omnino.⁵² Hoc est ut exstingeretur lumen quod est vita in ipsa, remaneret
 tamen aliquod principium originale in quod resolveretur.

503 hoc *post* est A || nisi| Vir Dei hoc A 504 audisti| audistis E || est| sit A 505 intelligibili et
 sensibili| s. et i. A 506 accipio| excipio A || ex hoc *om.* A || hoc *add. lac.* E 507 dicuntur *vel*
potius: dicitur (dñ) E || dupliciter| multipliciter E || scilicet *om.* A 508 scis *add. sed exp.* quasi ultimum
 scis E 509 est *om.* A || eorum| ipsorum A 510 contingunt| contingit A, conting^t E 512 permittas|
 permittis A || extorquere| quod torquere A 513 quod| quem A || tamen *add. dicis* et A 515 eius| esse A
 || mortalitatem| immortalitatem E || bene *om.* E || quod| quia E 516 Primum *om.* A 517 et¹ *add.*
 per A 518 corruptionem *add. sed del. omnino* E 519 Scis *add. ergo* A || etiam| et A 520 est *om.* A
 || mortalitas – morum *om.* A 521 est *om.* A 522 enim| ergo A || hominis| bonum is A 523 per|
 secundum A || vitae² *om.* E 525 ut *om.* E || vita *om.* E || remaneret *add. et* A

⁴⁷ Probably Aristotle, *Physics* 4.1.209a26, but the reference is to bodies.

⁴⁸ Apparently, the adverb ‘communiter’ (commonly) is intended rather than the adjective ‘commune.’

⁴⁹ Cf. *Les Auctoritates Aristotelis* 2.185: “Movens et motum simul sunt et inter ea non est dare medium” (ed. J. Hamesse, p. 155) citing *Physics* 7.2.243a3-6, as quoted above.

⁵⁰ Cited by Rufus in his *Sententia Oxoniensis* pr.: “Primum autem scitum voco ens extra animam, cuius illud est species, sicut in aliis litteris distinguitur movens primum et movens ultimum” (Balliol College 62, fol. 10va).

⁵¹ Cf. Gregory the Great, *Moralia in Iob* 16.37: “Cuncta quippe ex nihilo facta sunt eorum quae essentia rursus ad nihil tenderet, nisi eam auctor omnium regiminis manu retineret” (Corpus Christianorum Series Latina 143: 825; PL 70: 1143).

⁵² Cf. Alexander of Hales, *Quaestiones disputatae antequam esset frater*, I q.32 (Quaracchi 1960, Biblioteca Franciscana Scholastica 19: 561-565; cf. also Philip the Chancellor, *Summa de bono* IV q.6, ed. N. Wicki, Berne 1985, I: 267, 277).

Scis autem quod vita animae est primus actus – actus animae primus, dico, actus non secundus, prout dividit ille Philosophus: actus primus et secundus, scientia et considerare, habitus scilicet et actus, opus scilicet usuale.

530 Sic, Vir Dei, dormiendo vivis. Et est secundum Philosophum, ‘vita in apprehendentibus omnibus apprehensio’⁵³ – dico ‘apprehensio’ actus primus non necessario secundus. In vegetabilibus autem quid vita nisi animatio et vivificatio – habitus quidem, non actus usualis? Difficilia sunt quae hic breviter pertransis, Vir Dei, placere tamen tibi puto et sub hoc compendio.

535 Item, non latet te quod corruptibile dicitur dupliciter: aut per se, aut per accidens. Per se corruptibile est habens contrarium activum vel passivum, aut ex contrariis compositum. Primo modo calidum et frigidum, secundo modo mixtum ex quattuor [elementis].

540 Corruptibile vero per accidens dicitur forma materialis, necessario indigens subiecto et constituta in esse per subiectum, [et] divisibilis est per accidens per divisionem subiecti. Per se, dixi supra, corruptibile esse per se habens contrarium activum vel passivum. Hoc adieci quoniam non omne contrarium corruptibile est. Omnis enim divisio cuiuscumque generis univoci est per contraria – differentias, scilicet, essentielles divisivas. Est enim, ut habes in
545 Philosopho, alietas omnis contrarietas in formis, X *Primae philosophiae*, sic dictae.⁵⁴ Et scis quod intendit per hoc quod dicit ‘alietas’ prima diversitas eorum quae dividunt primo genus univocum. Et haec sunt contraria, differentiae scilicet essentielles divisivae. Sed non sunt activae vel passivae, et ideo non corruptibiles.

550 Ex his vides quod anima rationalis per se corruptibilis esse non potest. Compositio enim non est ex contrariis, sed nec, quamvis forma sit, contrarium activum vel passivum habet. Quamvis enim ipsa sit species distincta, unde et habens differentiam essentialem sui constitutivam et sui generis divisivam (et per hoc aliam differentiam sibi contrariam habens, eiusdem generis essentialiter
555 condivisivam), contrariam tamen differentiam activam vel passivam non habet. Et ideo collige summatim ex praedictis causam propter quam ipsa per se

527 actus² om. A 528 secundus] secandus A 529 secundus] similis A 532 vita add. non A || animatio] communicatio E || et] aut A 533 vivificatio] vivificatione A || usualis] usualiter E, add. seu rep. quidem, non actus usualis A || hic] sic A 534 et] etiam A 535 dicitur post dupliciter A 537 ex contrariis lectio dubia (ex³is) A || Primo praem. Et A || et om. A 540 est om. E 542 contrarium post activum A || quoniam] eo quod A 543 enim] vero A || divisio add. generis A 544 contraria] contrarias A || habes] species A 545 Philosopho] Philosophia A || alietas] divisibilitas E || Primae post philosophiae A 546 quod] quomodo A 547 dividunt post primo A || univocum] immo tam A || contraria add. scilicet A 548 vel] et A || non om. A 550 corruptibilis] corrumpit ante per A || esse post potest A 551 contrariis lectio dubia A 552 habet] habens A || distincta] definita A 553 sui¹] sive A 555 condivisivam] et divisa A || differentiam post passivam A

⁵³ Aristotle, *Nicomachean Ethics* 9.9.1170a15-16, as cited in the *Summa Halesiana* II p.1 i.4, in *Alexandri de Hales Summa Theologica* III tr. 1, q. 2 (Quaracchi 1924-1948): “Vita animalis est potentia sentire faciens” (2: 650). Cf. translatio Lincolniensis: “Vivere autem determinant animalibus potentia sensus” (AL 26.3: 339).

⁵⁴ Aristotle, *Metaphysics* 10.3-4.1054b23-32. The word “alietas” appears in the Arabic-Latin translation but not in Averroes’ commentary. In the Greek-based translation we read “differentia vero et diversitas” (AL 25.2: 191).

corruptibilis non est. De corruptibilibus primo factis scis, quia bonitas prima non vult, nec ipsam decet, naturam et ens et bonum redigere in pure nihil, nec creatura aliqua hoc potest, cum hoc sit virtutis finitae, illud autem sit virtutis infinitae.

560

De corruptione quae dicitur mortalitas gratiae⁵⁵ scis bene qualiter se habet res in talibus. De corruptione vero quae est extinctio luminis [E 110ra] et vitae in ipsa, ex praedictis accipere potes quod licet ipsa contrarium habeat, non tamen activum vel passivum. Potest tamen ipsa, saltem mentaliter, resolvi et reduci in principium eius originale quod est genus vel genera vel materiam his generibus subiectam. Sed quia eius differentia essentialis contrarium activum vel passivum non habet, ideo huius suae differentiae corruptio – id est, in substantiam sui generis possibili permanentia et existentia reductio – non ponit necessario aliquam oppositam speciem sub eodem genere in actu existendi, ita scilicet ut esset “huius corruptio alterius generatio.”⁵⁶ Et ideo quamvis mentaliter possit sua differentia in substantiam sui generis redigi, quia illud ens, scilicet genus imperfectum, est ens in sua diminutione, nisi in aliqua specie contractum existere extra mentem non possit. Et ex hac differentiae in suum genus reductione, ut praedictum est, non sequitur contrariae differentiae et oppositae speciei in actu existendi positio. Ideo, inquam, et ex his mundissime accipe causam propter quam non est ista per se corruptibilis; et bene praedicta considera.

565

570

575

Sed modo, quod ultimum est et in hac quaestione pernecessarium, [A 284ra] utrum scilicet ipsa sit corruptibilis per accidens, expectas. Scis ergo ex praedictis quid est formam dici vel esse corruptibilem per accidens.

580

Scis etiam quod a modernis valde accepta sit haec ratio ipsius Averrois, scilicet quod quia iste intellectus recipit omnes formas materiales, et “omne recipiens denudatum est a recepto seu a recipiendo,” ergo iste intellectus nulla est istarum formarum materialium. Non est anima rationalis forma materialis, ergo nec est divisibilis per divisionem subiecti, nec constituta in esse per subiectum. Vel alio modo, si placet, quod ipsa “nec est corpus nec virtus in corpore.”⁵⁷ Et dico ‘virtutem in corpore’ quod prius audisti, materialem

585

557 corruptibilibus] corruptionibus A || factis] modo dictis A || prima] ipsa A 561 scis post bene A 562 talibus] tollentibus(?) A 563 potes] potest A 565 materiam] naturam A 566 subiectam] subiectis A 568 possibili lectio dubia (po lac.) E || reductio rep. E 569 ponit] poterit A || aliquam post oppositam A 570 actu] actum A || huius] eius A 571 mentaliter om. A 572 redigi] reduci E || ens² add. et per se A 573 Et om. A 574 differentiae] differe A 575 speciei add. et E 576 accipe] accipere E || causam] tam A || per se] parte A 578 et om. E 579 sit] scilicet A || corruptibilis] corrumpatur A 580 vel] et A 582 materiales om. E 583 recipiendo] recipiente E 584 istarum] ipsarum A || est² add. ergo A 585 nec¹] non E

⁵⁵ Cf. Augustine, *Ennarationes in Ps.* 48.15.2.c.2: “Mors nempe aut separatio est animae a corpore, et quidem quam timent homines, separatio est animae a corpore; mors autem vera quam non timent homines, separatio est animae a Deo” (PL 36: 556; Corpus Christianorum, Series Latina 38: 565-566).

⁵⁶ Aristotle, *Metaphysics* 2.2.994b5-6: “alterius enim corruptio alterius est generatio” (AL 25.1: 38).

⁵⁷ Averroes, *In De Anima* 3.4, ed. F. Crawford, p. 385.

scilicet et divisibilem et constitutam in esse per subiectum. Tu scis tamen bene quod haec ratio cavillationem recipit dupliciter:

590 Primo modo sic, quia sicut intellectus recipit omnes formas materiales, sic et recipit omnes immateriales, et multo magis proprie, ut videtur; et omne recipiens denudatum est a recepto; ergo iuxta rationem praedictam: sicut ipse nulla forma est materialium, sic nec illa erit immaterialium, ergo nulla erit forma omnino.

595 Secundo modo,⁵⁸ quod per se loquendo nullam formam materialem secundum quod huiusmodi, scilicet secundum esse materiale, recipit iste intellectus. Immo secundum esse abstractionis a materia et ab esse materiali. Unde per se loquendo formam materialem secundum quod huiusmodi non recipit, quia hoc est materiae primae proprium. Immo species intelligibiles, spirituales ideas
600 secundum quod huiusmodi recipit – quomodo ergo species materiales? Sed an solum per accidens?

Nescio ergo an tibi placeat in hunc modum hanc rem pertransire. Iam enim satis supra vidisti quod intelligibile in actu factum abstractibile est et abstractum ab omni situ et corporeitate, et supra omnem abstractionem esse
605 sensibilis, ita ut sit intelligibile in actu, non situale omnino. Sensibile vero quodcumque, sive sit remotum sive ultimum, quodam suo modo abstractum, [E 110rb] omnino situale est et nullo modo a situ sublimatum. Argue ex his, tanquam ex principiis, quod intellectus est forma non situialis. Ex qua conclusione conducat te Deus ad hoc, scilicet quod iste intellectus non est
610 forma materialis.

Tamen dicis, Vir Dei, quia non est situialis, ideo non est materialiter divisibilis, scilicet per divisionem subiecti. Ideo ergo non est corruptibilis per accidens. Hoc solum intendas in proposita quaestione, quod tibi modo oblatum est. Est enim firmum et solidum et proprie rei conveniens. Quod
615 autem supra audisti de ratione illa famosa, si approprias, eam amplectere. Si autem non, poteris dicere – sicut audisti — quod materiales secundum quod huiusmodi omnino non recipit.

Sed quid tamen sentis ad oppositam partem? Cum enim sit ipsa forma immaterialis, secundum quod est, non potest omnes immateriales recipere, quoniam
620 omnis recipiens denudatum est a recepto, et ipsa a se ipsa nullatenus denudari potest. Intellige ergo quod ipsa in se, hoc quod est, forma-natura est et

588 et¹ ante materialem A 590 sicut add. ipse A 593 forma post est A || materialium – immaterialium] immaterialis E || ergo add. non A 599 primae] proprie A || Immo] In A 600 quomodo – materiales om. E || an] aut AE 602 Nescio] Necessario A || an] ut A 603 satis post supra A || vidisti] vidistis A || et add. in A 604 ab] ad A || et²] licet A || supra] super E 606 sit] secundum A || abstractum – modo om. (hom.) A 607 sublimatum] sive limitatum A 610 forma materialis trp. sed corr. E 611 materialiter] materialis A 612 scilicet om. A 614 proprie om. A 615 approprias] comprobas A || eam] illam A 616 materiales add. sunt A 619 secundum quod est om. E 619–620 quoniam] quia A 620 omnis vel forsant: omnes A, om. E || recepto] recipiente A 621 ergo om. E || se lectio dubia E

⁵⁸ Cf. Philip the Chancellor, *Summa de bono* IV q.6, ed. N. Wicki, I: 270.

immaterialis, non situalis. Recipit autem formas-species non formas-naturas, inter quas satis supra audisti distinguere et nisi distinxeris saepe lapsum patieris. Sive ergo se ipsam intelligat sive angelum sive naturas corporales, non recipit nisi formas-species abstractas et non formas-naturas. Unde ipsa est forma immaterialis – verum est – scilicet, forma-natura. Recipit autem omnes formas immateriales – verum est – formas-species, non autem naturas. Ecce quid concludere potes: ergo ipsa nulla est formarum immaterialium, specierum scilicet, quod verum est. Quomodo autem ipsa sui ipsius speciem, et a se ipsa abstractam, intelligat et recipiat quaere alias, scilicet in quaestionibus illis 16 praedictis,⁵⁹ et exemplum huius rei conveniens [habes] in speculo corporali – qualiter scilicet eiusdem speculi corporalis simulacrum in ipso eodem speculo corporali representari potest, et non tantum semel sed multotiens et iterato. [A 284rb]

Vides ergo qualiter istae formae-species receptae in ipso intellectu, etsi immateriales dicantur, magis tamen materiales sunt quam anima vel angelus a quibus abstrahuntur, eo quod per se ipsas existere non possunt, secundum esse istud abstractionis, sed necessario exigunt materiam, sibi tamen congruentem, scilicet non situalem, in qua et recipiantur. Istaes autem species abstractae, quando a corporalibus naturis abstrahuntur, minus sunt materiales et magis spirituales quam naturae a quibus abstrahuntur; aliquo modo tamen et hae et illae, sicut audisti, materiales [sunt] et materia solum non situali indigentes.

Vir Dei: pax Dei inter me et te, et in pace quiescam et tibi silentium. Nescio an in perpetuum. Ora tamen pro me, nulla hora desiste.

622 immaterialis *add. est* A || formas-naturas] naturas E 623 supra *om.* E || distinxeris] distingueris A || saepe] satis A 624 ipsam] ipsum (ip^m) E || intelligat] intelligit A 625 non² *om.* A 626 immaterialis] materialis A || scilicet *post* forma A 627 formas-species] species E 628 potes] potest A || est *om.* E || immaterialium] materialium A 629 scilicet] est E || verum] nullum (n^m) E || autem *s. lin.* E 630 recipiat] recipiatur E || quaere *vel forsā:* qualiter (qf) A 631 praedictis] dictis A || et] ut E 633 tantum] tamen A || multotiens et iterato] i. et m. A 635 qualiter] quomodo A || ipso *om.* E 636 a] ab E 638 istud] illud A || sed] si A || materiam] naturam A 639 scilicet *om.* A 640 materiales] naturales A 642 sicut audisti *om.* E || materia *add. sed exp.* non E 643 Dei² Domini A 644 Ora] Orare E || desiste *add. etc.* E²

⁵⁹ Rufus, *Contra Averroem* 1: "Iam supplico doce quomodo ipse intellectus causatus intelligens per receptionem se ipsum intelligat. Et numquid se ipsum recipiet? Et quid? Nonne ipse cum sit natura et ens causatum, ideam habebit? Tibi bene placet quod ipse intellectus in Te vero speculo vera eius idea et forma eius exemplari se intelligat. Sed numquid et permittit ut ipse intellectus de se natura exprimat suam propriam ideam in se ipso speculo? Est enim ipse intellectus natura vel ens causatum, unde et obiectum esse potest a quo irradietur idolum, et est ipse idem etiam (*s. lin.* E) speculum. Unde et idoli vel ideae susceptivum, et tamen ipse non est receptivus ideae abstractae nisi per naturam suae materiae spiritualis. . . . Et nonne competens esset exemplum in rebus corporalibus si alicuius speculi corporalis idolum in aliquo speculo corporali receptum, et illinc reflecteretur in primum? Et ita videtur idem speculum per suum idolum receptum in se ipso speculo. Nonne tunc esset simul idolum et illud cuius est idolum, et esset iterum idem obiectum gignens idolum et speculum recipiens idolum?" (Q312.83^vb).

[Colophon]:⁶⁰

Explicit Speculum animae theologie inventum
et secundum Aristotelis sensum maxime intellectum,
in quo nos omnes Christiani et Christi fideles
debemus assentire et nullatenus ab isto resistere, etc.

⁶⁰ Colophon absent in Assisi.